

9215. DE MUTATIONIBUS

Vorläufige Datierung: 1705

Überlieferung:*L* LH IV, 7C Bl. 85–86. 1 Bog. 2°. 4 Sp.5 *E* VE VI, 4, N. 55.

bearbeitet von Gerhard Biller und Gustav Niels Öffenberg

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Wasserzeichen belegt 1705

[Thematische Stichworte:] Terminus; abstractum; abstractum abstracti; ens manens; forma substantialis, accidentalis; materia prima; metempsychosis

10 [Einleitung:] —

Terminus¹ est praedicatum Entis.² Ut si *A* sit Ens, et dicatur *A est B*, erit *B* terminus. Verb. g. *Homo est probus* ubi *homo* est Ens, *B probus*. Hinc ipsum etiam Ens est terminus. Nam *B* potest esse ipsum *A*, ut ita *A* sit *A*, seu *homo est homo*. Si *A* sit *B* et idem *A* sit non *B*, dicetur facta mutatio in *A*, et aliquod Ens fuisse in *A*, quod constituebat terminum *B*. Sit *A*
 15 *Titius*, et *B probus*. Et ita *Titius* sit probus, sed idem *Titius* postea sit non probus, mutatio facta

¹ *Am Kopf der Seite der Beginn einer doppelt gestrichenen Überschrift: <D- >*

² *Am Rande:* Hic notanda de discrimine mutationis substantialis et accidentalis secundum Peripateticos. Democriticis nullae sunt substantiae nisi materia, hinc omnes illis mutationes accidentales. Mihi quoque nullae mutationes substantiales nisi miraculosae, sed ex alio
 20 principio, quia substantiae verae non extinguuntur.

11 (1) Ens est quicquid distincte concipi potest. *Absatz* *Existens* est quod distincte percipi potest. *Absatz* *Terminus* (2) Ens est quicquid distincte concipi potest. Nempe ita ut analysi instituta nec incidemus in insignificans nec in absurdum *Absatz* *Existens* est quod distincte percipi potest (a), seu quod (b). Nempe ita ut (2) *Terminus* *L* 11 Entis. | (1) Hinc Ens (2) verb. gr. (a) probitas est (b) *Probus* est praedictum hominis *erg. u. gestr.* | Ut *L* 11 erit (1) praed (2) *B L* 12 Verb. ... *B probus*. | Sed *gestr.* | *erg. L* 13 Nam (1) *A est A* (2) *B L* 13 seu ... *est homo*. | (aut) *gestr.* | *erg. (1)* Si *A* sit *B*, et *A* sit *C*, sitque Ens | quod *erg.* | constituit (a) *B* (b) terminum *A* et aliud Ens quod constituit (aa) (–) (bb) terminum *B*. (2) Si *L* 14 *B* (1), quod *B* (2) id Ens (3) veluti si (a) *A* sit *B* (b) *Titius* sit (aa) pius (bb) probus, et esset (4). Sit *L* 15 probus, (1) et | (2) sed *erg.* | *L* 15 postea *erg. L*

dicetur in Titio, et Ens quod probum facit Titium, nempe probitas, cessabit. Nam cum homo probus esse desinit, non cessat is qui est probus, sed cessat probus qua probus seu cessat probitas.

Tale Ens quod constituit praedicatum alterius Entis, dicetur *Abstractum*, et veritas ejus ex mutationibus comprobatur. Et hujus imitatione solemus tale abstractum concipere etiam in his quae non possunt tolli a subjecto. Ex gr. substantia est activa. Hinc formamus abstractum, quod est activitas, etsi cessare non possit.

Abstracti praedicatum potest rursus esse tam abstractum quam concretum. Verb. g. *calor est qualitas, calor est magnus*. Hinc si dicas *Homo habet calorem qui calor habet magnitudinem*, tunc non debet dici *magnum* esse praedicatum hominis, aut *magnitudinem* esse accidens hominis, sed praedicati accidentisve partem, neque enim dicetur *homo est calidus magnus*, sed *est calidus valde*. Itaque oblique quasi inest, accidens accidentis, quod adverbii designamus.

Cum abstractum praedicatur de abstracto praedicatio est essentialis, neque locum habet mutatio. Ut cum dico *calor est qualitas, justitia est virtus*, neque subjecto manente tolli potest hoc praedicatum.

Hinc etiam ex principio mutationis non potest ostendi dari abstractum abstracti. Alioqui si justitia posset desinere virtus esse, daretur abstractum virtutis, nam eo casu [non] cessaret virtus seu id quod est virtus, sed id quo est virtus seu virtutitas.

Quid ergo si similiter non admittamus abstracta, praedicatorum essentialium concretorum, v.g. Appietatem, hominitatem, animalitatem? Si nullum revera est ens quod maneat, et tamen desinat esse Appius, homo, animal.

1 Titio | et *versehentlich nicht gestr.* et L 1–4 probitas (1) cessare dicetur. (2) cessabit | (a) Neque enim cessat pius, cum homo pius (aa) esset (bb) esse desinit, seu is qui est pius, sed cessat pius qua pius, seu cessat pietas. (b) Neque enim probus (c) Nam ... probitas. *erg.* | (aa) Itaque (bb) Tale L 5 comprobatur. (1) Verum pari jure poterimus (2) Et ... solemus L 6 non (1) sunt mutationibus obnoxia (2) possunt ... subjecto L 6f. activa. (1) Et activitas | erit abstractum, *versehentlich nicht gestr.* | (2) Hinc ... activitas L 7f. possit. (1) Si terminus (2) Si (3) Terminus con (4) Abstracti L 8 praedicatum (1) non t (2) potest L 8 concretum. (1) Abstr (2) Verb. L 9 *magnus*. (1) Si a (2) A (3) | Et magnitudo hic erit abstractum *gestr.* | Hinc L 9 dicas (1) si (2) *Homo (a) es (b) ha (c) est (d) habet* L 10 dici (1) *magnitudinem* esse praedica (2) *magnum* L 11 sed ... partem *erg.* L 12f. accidentis, (1) et hic (a) proverbialia (b) adverbialia prosunt (2) quod ... designamus. L 16f. praedicatum. (1) Et quia non datur abstractum abstracti (2) Hinc etiam non est opus iri ad abstractum abstracti, quemadmodum futurum esset (3) Cum (4) Hinc L 18 esse, | ideo *gestr.* | daretur L 18 nam | non *versehentlich gestr.* | eo casu *erg.* L 18f. cessaret (1) id (2) virtus L 19 seu (1) virtuositas. (2) virtutitas. L 20f. abstracta, (1) ubi in (2) praedicatorum essentialium (a) Subs (b) Substa (c) concretorum v.g. (aa) Humanit (bb) Divinitat (cc) Appietatem, L

Sed dicendum est, dubitari aliquandiu saltem posse an non detur aliquod Ens quod dum manet in se et tamen desinat esse Appius, homo, animal.

Et erunt forte qui putabunt id Ens seu subjectum esse materiam; sed Appietatem, humanitatem, animalitatem esse formas, quae possint tolli manente subjecto. Et his revera Appietas, 5 humanitas etc. erunt accidentia hujus subjecti, si scilicet putant manere id quod est Appius, id quod est homo; Appietate licet aut humanitate extincta, eaque credo erit Mens Democriticorum.

Sed Aristoteles et Schola, ni fallor negabunt id Ens quod Appius nunc est, quod homo nunc est, manere cum Appietas, humanitasve tolletur. Itaque ipsis Materia erit quidem sub- 10 jectum inhaesionis ipsius Appietatis, aut humanitatis; sed non erit simul subjectum praedicationis, seu non erit illud Ens, quod est Appius; aut homo. Et apparet in eo distinguere eos subjectum formae substantialis, a subjecto formae accidentalis. Cum Appius ex probus fit improbus, idem manet Ens, de quo et probitas et improbitas diverso tempore dicitur, et ideo probitas est accidens. Sed negant esse aliquod Ens, quod ex homine fiat non homo; ideo 15 humanitas non est accidens alicujus Entis, sed constituit substantiam nempe hominem. Et discrimen est inter productionem aut destructionem hominis, et probitatis, quod humanitate producta aut destructa simul producitur aut destruitur subjectum quod dicitur homo, seu is qui est homo, aut id quod est animal, sed producta vel destructa probitate, non ideo producitur aut destruitur is qui est probus.

Interim fatentur Aristotelici manere etiam subjectum aliquod in quo hominitas aut animalitas producat nempè Materiam primam, in qua producat aut destruat forma substantialis.

Sed hic dicent Democritici, cur non Aristotelici fateantur manere idem Ens, quod nunc est homo, nunc non-homo, seu cur id quod hominem in materia constituit minus sit accidentale,

1 dubitari (I) posse saltem (2) aliquandiu ... posse L 1f. aliquod (I) Ens quod maneat et desineat esse homo (2) Ens ... |tamen *erg.* |... Appius, L 2f. animal. (I) Et revera (2) Sane omnes qui putant materiam esse cui forma Appii, hominis, animalis, induci aut tolli possit, putabunt Ens illud seu subjectum manere, (3) Et quidam forte (4) Et ... qui L 3 seu subjectum *erg.* L 4 revera (I) Appius et (2) Appietas L 8 Schola (I) negabunt (2), ni ... negabunt (a) eum qui homo est (b) id Ens quod (aa) homo (bb) Appius |nunc *erg.* |L 9 nunc *erg.* L 12 Appius (I) est probus, et (2) ex L 15 sed (I) homo est substantia et ejus forma substantialis (2) constituit ... hominem L 16f. humanitate (I) destructa, similiter destruitur is qui est homo; (2) producta L 17 simul (I) destruitur (a) is qui (b) aut (2) producitur L 18 sed (I) destructo homine (2) producta (a) probita (b) vel L 20 aliquod (I) cui (2) in quo (a) humani (b) hom (c) hominitas L 21 primam, (I) cui (2) in L 23 hic |jam *gestr.* |dicent L 23 non |pari jure *gestr.* |Aristotelici (I) cum (2) fateantur manere (a) id quod est homo (b) idem L 24 non-homo (I) <ergo> (2) seu cur non (a) <agn> (b) ho (3) se (4) seu L

quam id quod constituit, probitatem, scientiam etc. Et sane secundum Democriticos, nihil intererit, nisi quod unum altero sit paulo durabilius, omnia enim non nisi figura et motu materiae orientur.

Hunc nodum ex vulgaribus principiis nunquam dissolvent, nec rationem discriminis reddent inter formam substantialem et accidentalem; recurrendum ergo erit ad sententiam meam, 5 quod forma substantialis sit res perpetua quae nunquam tollitur ex suo subjecto, seu nunquam is qui Appius est, qui homo est, Appius aut homo esse desiit, etsi forte aliquando nomen mutet; posito scilicet per *hominem* intelligi animal rationale, et per *Appium* hoc individuum. Si fingamus Metempsychosin moderatam seu de homine in hominem, *Appius* erit Terminus per Accidens ut *doctus* seu *Appietas* erit forma accidentalis, nam ex Appio poterit fieri Valerius; ut 10 idem qui fuerit Appius nunc sit Valerius. Et si admittamus metempsychosin latam, de specie in speciem, etiam *homo* erit Terminus per accidens, nam is qui erat homo, fiet porcus. Imo si saltem possibles has metempsychoses concedamus, Appius et homo erunt Entia per accidens, sed si hoc fieri nequit, dicendum est Appium et hominem esse Ens per se.

Interim etsi concederemus *Appium*, et *hominem* esse Terminum per Accidens, tamen Ego, 15 Tu, non erimus Entia per accidens, neque possumus oriri nisi creando, nec destrui nisi annihilando. Et quod me constituit abstractum et ab alio distinguit forma est substantialis, neque a subjecto suo avelli potest. Unde dubitari potest, an hic revera duo sint Entia incompleta subjectum, et Forma Substantialis ei inhaerens. Cum principium id comprobandi non appareat possumus tamen duo concipere, principium passionis tanquam subjectum, et principium actio- 20 nis tanquam formam.

Quod si fieri posset ut idem transiret ex homine in animal, aut si plane secundum Democriticos nihil praeter materiam maneret, praedicamentum substantiae non foret nisi concretorum, sed concreta forent alia aliis durabiliora. Aqua et Glacies differunt minus quam probus et improbus si transmutandi facilitatem spectes, magis [si] similitudinem quae prima 25 specie occurrit, vix enim glacies prima specie differt a crystallo cuius maxima ab aqua

1 Democriticos, (1) non (2) nihil L 3f. orientur. (1) Vera (2) Nunqua (3) Hunc L 6f. nunquam (1) is qui homo est de (2) is L 8f. Si ... moderatam erg. seu ... hominem, erg. L 9f. erit (1) accidens (2) ens per accidens (3) Terminus per Accidens L 10 seu *Appietas* ... accidentalis erg. L 10f. Valerius |(1) , manente eodem (2) ; ut ... Valerius erg. |L 11f. latam, |(1) sed (2) de specie in (a) gen (b) speciem erg. |L 12 erit (1) Ens (2) Terminus L 12 accidens, (1) seu (2) nam L 12 fiet (1) porcus (2) gallus (3) porcus. (a) Sed si neutrum fieri potest, (b) Imo L 15 esse (1) Ens per (2) Terminum (a) Acci (b) per L 15f. Ego, (1) Tuus, (2) Tu, L 16 neque (1) quia non (2) possumus (a) destrui (b) oriri nisi (aa) anni (bb) creando, L 23 maneret, (1) quomodo (2) non po (3) possemusne praedicamentum substantiae concretorum, et quidem completorum, sed (4) praedicamentum L 24 durabiliora. (1) V.g. Nix, Glacies, (2) Aqua et Glacies (a) erunt (b) differente ut (c) differunt minus quam L

differentia. Philosophice rem tractandi solae species in praedicamento substantiae collocantur tanquam Entia durabilia per se una. Illud notandum, si ex probis fiat improbus, superesse aliquid quod tale dicatur nempe homo. Sed si aqua mutetur in glaciem nihil sensibus designare possumus quod maneat nisi in genere ipsum resistens seu corpus.